

LETTERS FROM PHILIP DE ULECOTE.

THE following documents are selected from the series of royal and other letters preserved in the Tower of London :—

No. I. Philp de Ulecote to the King (Henry III.), praying redress for the injuries which the Bishop of Durham had done him by seizing his lands and houses, ill-treating his servants, and imprisoning them at Durham. [The lands in question were at Seaham. Philip de Ulecote also held the manors of Nafferton, Matfen, and Lorbotte, in Northumberland, by grand sergeantcy. He held the shrievalty of the latter county "ut custos" during the latter years of John, and the commencement of the reign of Henry III.]

No. II. Philip de Ulecote to Hubert de Burg, Justiciar of England. Hugh de (Bailliol?) hindered him from restoring the castle of Midford to Roger (Bertram) until his rights in the manor of Mere, which the Earl of Salisbury detains, were restored to him. He threatened to depart from the King's service. The Justiciar is requested to cause these rights to be restored. [Hugh de Bailliol had the custody of the castles of Bamburgh, Norham, Durham, Newcastle, *Mitford*, and Prudhoe, "si humanitas contingat quod absit de fideli nostro Ph. de Ulecot." —*Rot. Pat.* 18° *Johann.*]

No. I.

Karissimo domino suo Henrico Dei gratia Regi Angliae domino Hyberniæ Duci Normanniæ Aquitaniæ Comiti Andegaviæ fidelis suus Philippus de Ulecot'. Salutem et devotum obsequium et fidele. Bene scit dominacio vestra qualiter apud Gloucestriam lata fuit sententia excommunicationis in omnes illos qui pacem vestram et regni vestri perturbarent. Dominus vero Dunolmensis Episcopus spreta illa sententia cum post recessum suum de Gloucestriâ venisset usque Dunolm' voluit expellere me de quadam terra quam teneo in Episcopatu Dunolmensi et quam pacifice possedi a longo tempore antequam idem Episcopus est consecratus usque nunc. Ego vero volens pacem regni vestri postulavi pacem vestram et posui me et meam possessionem sub proteccione et pace vestra offerens dicto Episcopo quod accederem ad curiam vestram vel suam et libenter starem judicio curiæ vestræ vel suæ. Ipse vero spretis verbis meis misit multitudinem servientum suorum cum equis et armis ad terram et domos meas et recludit homines meos custodientes terram meam et domos meas infra domum quandam et apposito ingne in

quatuor partibus domus illius homines meos cepit et violenter tractavit et tamquam latrones duxit usque Dunolm' et incarcерavit et detinet incarcерatos. Supplico igitur dominacioni vestræ quatenus si placet istud mihi et non solum mihi immo et vobis et paci rengni vestri injuriose factum emendari faciat. Nolo enim vobis in consultis aliquid facere per quod viderer rengnum et pacem vestram perturbare. Tantum inde facientes si placet ne alii exemplo ipsius minime timeant pacem rengni vestri perturbare et infringere. Valeto in Domino.

No. II.

Karissimo domino suo domino Henrico de Burg' Justiciario Angliæ Philippus de Ule' Salutem et debitum obsequium pro magna diligencia negōciorum meorum expedicionem apud Winton' sicut per Alanum clericum meum didici multipliciter vobis refero gratiarum litterarum domini Regis et Legati et vestrarum quas detulit Walterus de Lundon' clericus alias dictus Hugo de qui inhibuit me Castrum de Midford' alicui redderem nisi prius redderentur ei jura sua quæ haberem debere in manorio de Mere quod dominus Comes Sarr' injuste detinet occupatum adjecit et audiente Waltero de Lundon' clero et presentibus militibus Rogero .. et aliis quamplurimis quod si castrum reddidisset ipse se retraheret a bono servicio domini Regis et mihi nocumentum pro toto posse suo quereret et gravamen et licet predictum castrum reddere voluisse de facile hoc facere non possem eo quod milites et servientes qui predictum castrum custodiebant nomine predicti Hugonis per convencionem super eo factam apud Gloucestriam adhuc sunt infra predictum castrum nec de facile inde exhibunt sine speciali ejusdem H..... et ideo excellenciam vestram diligenter exoro quatinus habito respectu ad regni tranquillitatem predicto Hugoni jus suum quod clamat in predicto manorio de Mere reddi faciat sine dilatatione longiori et vos una cum domino Winton' juxta promissum vestrum de operacionibus et custis positis in inforcemento predicti castelli mei penitus vestro satisfacere curetis ut sciam q' inde percipere debeam ut sic sopita omni contraversia et discordia castrum predictum predicto Rogero restituatur et nos qui fideliter laboravimus ad bonum serviendum domino Regi et vobis plenius informemur satis constat vobis quod causam domini Hugonis nunquam seperavi a convencionе quam vobiscum feci de predicto castro reddendo et si forte videatur vobis quod predicto meo domino Hugoni et mihi non debeat satisfieri prefigatis nobis diem competentem et convocetis Philippum Marcum et alios qui verba portaverunt inter consilium domini Regis et me et vos secundum eorum recordum et narracionem consideracioni vestræ sicut decet obediemus nec sustineatis nec ubique suspeditari nec miremini si ea quæ juste possidemus in manus inimicorum nostrorum relinquamus inniti cum hucusque in omnibus perdentes existimus et ob hoc inimicis nostris obprobium facti simus et deriso hiis qui in comitatu nostro sunt nam per timorem unius solius hominis quod dolentes dicimus tales preter merita sua promoveri permittitis qui pocius succumbere quam militare meruerunt. Valeto in Domino.